

Tertius Physicorum

dicentē qđ qđ erat esse. Per hoc qđ dicūt diuersas relationes reales vnde actio pro formali dicit relationem que est in agente. Et passio dicit aliam relationem que est in passo. Primum probatur qđ idem motus est actus agentis et patientis sed actio est actus agentis scđm qđ fluit ab agente. Et passio est actus patientis ergo actio et passio sunt idem motus tamen non sunt idem absolute. S. T. 13. parte q. 28. ar. 3. 1. Secundum satis patet ex supradictis. Unde actio et passio formaliter non solum differunt ratione ratiocinante siue ratione precise se tenente ex parte intellectus. Sed tenente ex parte rei. Ex prima etiam parte probatur qđ actio pro materiali est in passo quia motus est in passo. Ex predictis patet qđ motus est actus mouentis et mobilis et ideo potest diffiniri per comparationem ad mouens et mobile dicendo qđ motus est actus actiui et passiuus inquantum huiusmodi. Et sciens diffinire motum in vniuersali facile poterit diffinire singulas species eius. Nam sicut dicimus qđ motus est actus entis mobilis inquantum mobile ita possumus dicere qđ alteratio est actus alterabilis inquantum alterabile et sanatio est actus sanabilis inquantum sanabile. Si queratur quid sit actio primi agentis dicendum qđ actio primi agentis non est in aliquo genere sed est ipsa dei substantia cum relatione ad creaturam que non est relatio realis sed rationis tantum.

Contra hec arguitur per aureolum et scotum. Primo probando qđ actio et passio non sunt vnus motus quia illuminatio est actio corporis luminosi in corpus illuminabile. Sed illuminatio non fundatur in motu non enim lumen acquiritur per motum sed per mutationem indiuisibilem et instans. 2. comen. ar. 6. phi. c. 32. quod aristoteles et omnes peripathetici dicunt aliquas esse transmutationes que non fiunt in tempore ergo non omnis actio est motus nec habet motum pro fundamento nec valet si dicatur qđ motus localis precessit illuminationem quia tales transmutationes indiuisibiles sunt flores aliorum motuum vt commentator dicit ibidem quia illuminatio actio non fundatur in illo motu igitur. etc.

Secundo arguitur sic. Quia in aliquod ens est actio vt patet. 7. metha. cō. 1. sed non omnis via ad ens est per motum immo aliqua habent esse per simplicem mutationem sicut forme substantiales et gratia in anima. Et similiter creature sunt a deo per simplicem emanationem igitur non est verum qđ omnis actio sit fundata in motu. Nec valet si dicatur qđ commentator ibi dicit de aristotele qđ intendebat per vias corporum vias ducētes ad generationes istorum non v3 inqđ qđ magis per hoc habetur intentum non enim exponeret motus per vias qđ in pl^o se h3 via ad es qđ motus. Item phis dicit qđ visio et auditio perficiuntur in instanti sed visio et auditio sunt passionēs sensuum et actionēs sensibilibus vt ptz. 2. de anima ergo non oēs actiones et passionēs sūt in tempore et per pns non sunt in motu. Item intellect^o agens vere dicitur agere et non tñ methaphorice scđm comen. 3. de anima pmento. 8. Deducit em̄ themistiū et theophrastum ad hoc inconueniens qđ intellecta non erunt vere facta si intellectus agens et patientis et intellectus in habitu est eternus sed actio intellectus agentis non est cum motu et tempore patet qđ spēs intelligibiles non acquiruntur in tempore vt ptz. 7. phi. igitur.

Tertio motus remanet transeunte actione et pas-

sione sicut patet in proiectis manet enim motus projectorum proficiente cessante ymo eo ablato manent quia motus dependet ab actione motoris in ordine causalitatis effectiue ergo motus non est actio et passio. Item actio et passio non oriuntur a motu qđ posito motu in aliquo mobili non poterit ratio assignari quare plus esset ab vno motore qđ ab alio positis duobus motoribus appropinquatis ad mobile. Constat em̄ qđ motus talis mobilis potest profluere ab alterutro duorum mouentium et intellectus eque potest fundare respectum sup motum ad vnum sicut ad aliud qđ tñ ē ex natura mouētū et ex natura ipsius mot^o. Nisi igitur posatur qđ motus habet aliquam connectionem plus cum vno motore qđ cū alio extra oēm intellectum vt pote qđ sc3 oriatur ab vno et non ab alio et qđ vnū agit motum aliud vero non agit non poterit intellectus connectere motum cum suo proprio et deteriorato motore sed hoc est oīno absolum et impossibile ergo necesse ē qđ in rerū natura vltra motum et mouentem sit realis conexio motus ad ipm motorem sub respectu originis motus a motore et actione motoris ergo. Item illud quod potest non esse motu et motore existentibus non est idē realiter cū motu aut motore imo realiter dicitur a quolibet ex quo sine contradictione potest non esse illis existentibus si eēt em̄ alterum eorū et illud alterum existeret illo non exite sequeretur eandē rem esse et non esse simul. Sed manifestum est qđ per diuinā potentiam potest manere idē motor et idē mot^o non exite agere ipsius motoris aut fieri a motore. Nam appropinquato igne alicui combustibili potest deus suspendere actiuitatē ignis ne agat per aliquā horā et facere incombustibili eūd motū quē ignis faceret illa horā et scđ3 hoc remaneret idē mot^o remoto agere motoris et ipso fieri a motore qđ tñ ageret fieri affuisset nisi diuisa posita suspēdisset vtrūqđ qđ necesse est qđ agere motoris sit aliud a motu et a motore realiter sicut fieri mot^o sit aliud a motu et motore ex quo potest suspendi vtroqđ manente.

Quarto quecumqđ habitudines sunt opposite et reales per necessitatem realiter distinguuntur. Notanter enim dicitur reales quia si essent rationis et opposite sola ratione distinguerentur inter se. Sed probatum est quod effluxus effectus ab agente est qđ reale positum in rerum natura et similiter exitus agentis et proumptio in effectum est quid vere reale isti autem exitus et effluxus sunt vere oppositi quia vnus incipit ab agente et terminatur in effectum vt pote actio qua agens proumpit in ipsum alter vero incipit ab effectu et terminatur ad agens sed exitus et origo effectus ab agente ergo isti duo exitus realiter distinguuntur et ita actio et passio sunt res distincte et non vnus motus. Item illa que sunt vnum secundum subiectum et differentia secundum quidditatem et sunt in rerum natura nec fiunt per intellectum illa de necessitate realiter distinguuntur.

Distingui enim secundum quidditatem realem est re distinguere. Sed comen. dicit. 3. phisico. comen. 21. expresse quod actio motoris et moti est eadem secundum subiectum et secundum motum in quo fundatur vel formam indiuisibilem in his que acquiruntur sine motu. Sunt autē differentia secundum quidditatem ergo actio et passio realiter dicitur a motu inter se.

Quinto autē probando qđ actio fit in agente et per pns non sit motus cū ille non sit in agente. qđ impossibile est effectum formalem separari a forma. Sed agens dicitur formaliter agere actione ergo actio